

III.

DE MONARCHIA SIVE DE OPTIMO PRINCIPATU ^(a) (1).

[B, c. 56; B3, c. 84 e 87; P, c. 48B; Ra, c. 52].

Padova,
1390-1404.

ILLUD michi ante omnia certum videtur, monarchiam, id est unius
 5 principatum, multitudinis imperio prestare, et ad similitudinem
 huius machine mundane ^(b), que tam firma pace, tam certis legibus
 iuncta constat, mortales homines regi, atque ad regulam illius
 summi imperatoris, qui cuncta solus arbitrio suo moderatur ^(c),
 vitam nostram conferri. namque, ut est in omni natura unum
 10 primum a quo cetera defluant, ita et in communione ^(d) viventium
 esse decet unum qui ceteros dirigat ^(e). quid enim esse potest
 similis ^(f) Deo et illi perpetuo celorum consensui quam princeps
 bonus ^(g) et bene composita civitas? si sit itaque ^(h) rex bonus, si
 iustus, si clemens, et, quo plus legibus potest, eo magis legibus
 15 subsit, ibi certa pax, ibi vera libertas est. ex adverso ⁽ⁱ⁾ autem
 nichil esse deterius potest quam cum in ^(k) unius perditu hominis
 libidine collata sunt capita multorum, et perniciose voluntati iuncta
 est facultas nocendi. quid enim detestabilis quam C. Caligule ^(l)
 risus, qui, Romane reipublice princeps, cum consules adhibuisset
 20 in cenam ^(m), subito risu correptus est, cumque percontaretur qua-
 nam causa id ab eo fieret, respondit quod possent protinus iussu
 suo occidi? quid impudentius, quid magis abominandum, ut, cum

(a) B P. P. V. P Eiusdem ad Ra senza titolo. (b) P om. mundane (c) B om.
 moderatur (d) B cognitione (e) B P erigat (f) B simili Combi mette similis
 (g) Dopo bonus comincia il frammento in B3 (h) B P ita (i) B P diverso (k) B om. in
 (l) Codd. Gallicule (m) B curiam

(1) Anche questo scritto fu ricercato dal « Favonio », e, come addimostrano i cenni ai Carraresi, appartiene al periodo padovano del Nostro. Il Bischoff, il quale ne fa un esame particolare (*Studien* cit., p. 31-5), osserva come la teoria dell'origine dello stato svolta qui dal V. s'appoggi sulla dottrina aristotelica, che fu rinnovata poi

da Dante e da Marsilio da Padova, anziché su quella teocratica di sant'Agostino, comunemente accettata dai trattatisti medievali; ci pare però manifesto che il V. ha attinto non già ad Aristotele, ma semplicemente a Cicerone, le frasi in cui il Bischoff vede un richiamo a « σποράδες » e « φύσει ζῶον πολιτικόν » (*Politica*, I, II, 4 e 7).